

2. **ta** cognitionis Dei deficit infinite. ¶ Secunda instantia ex præinductis verbis Bonaventuræ soluta est, quam, & Durandus soluit, dicendo, quòd capacitas voluntatis terminari potest per aliquod finitum informativè: quia tam fruiiio voluntatis, quam visio intellectus est aliqùod finitum, sed id, quod terminat capacitatem intellectus, ad voluntatis obiectivè, oportet esse infinitum: cuius ratio est, quòd obiectum intellectus est ens secundum omnem rationem, entis: & obiectum voluntatis, est bonum secundum omnem rationem boni. Idcirco nil potest obiectivè terminare capacitatem intellectus; & voluntatis nisi contineat in se rationem, & perfectionem omnis entis, & omnis boni.

3. ¶ Ad tertiam, quòd inter finitum, & infinitum nulla est proportio naturalis atque vniuoca, sed bene, imitativa, & analogica, loquendo de analogia modo superius introducto.

¶ Porro vt præhabita clarius intelligantur, addendum quòd quamvis modo negatum sit immediatè obiectum fruitionis esse visionem Dei, non Deum, nihilominus fateor tam visionem, quam fruitionem, seu delectationem posse secundum se considerari, ita quòd erit huiusmodi considerationis obiectum, ex cuius consideratione oriatur mox gaudium speciale, prout Guilielmus Parrhisiens. diffusè ostendit in tractatu de gaudijs supercoelestibus. Sed ita loquendo, de actibus illis, seu delectationibus, utendum est ijs, non propriè fruendum: quoniam ordinantur ad incrementum obiectum, sicut ex verbis Bonaventuræ nunc patuit.

Finiti ad finiti quæ sit possit esse proportio.

Guilielmus Parrhisiens.

Thomas. Actus intellectus super se reflectuntur Taranta.

Isaiæ. 51.

Albertus.

Dionys. contra Albertum.

¶ Vnde Thomas affirmat: Actus voluntatis fit, & intellectus, super seiplos reflectuntur. Volo enim me velle, & amo me amare, sed frui est actus voluntatis, ergo aliquid fruatur sua fruitione.

¶ Hinc et ait, & Petrus: Delectationem summam sequitur quedam iucunditas, seu gaudium ex conuersione intellectus, super ipsam delectationem, & in hoc compleitur fruiiio, & est quasi fructus eius, quòd scit se delectari. Idcirco frequenter a sanctis fruiiio illa gaudium, & lætitia appellatur. Vnde Isaias dicit: Gaudium, & lætitiã obtinebunt.

¶ Insuper circa hæc scribit Albertus: Cum dicitur, amor diligitur amore, & non est diuersus amor in actu verbi, & in materia actus, & in habitu a quo egreditur actus ille, sed vnus & idem, aliter & aliter signatus. Vnde sicut non est diuersa visio, qua video parietem, & video, me videre, & sicut non est diuersus intellectus, quo intelligo hominem, & intelligo me intelligere: sic non est diuersus amor quo amo Deum, & quo amo amare me, vel amorem meum. Et hoc quidem multi dicunt, sed tamen non multi intelligunt. Causa autem huius est, quia cum dico, intelligo hominem, transit vis intellectiva in hominem per actum intelligendi, qui est in actu eadem vis, & acceptio ipsius. Sic etiam est ex parte virum moriantur, cum dico, amo Deum. Transit enim vis amoris, seu vis affectiva in Deum, per actum amoris, sicque eodem actu transit in obiectum, nec est amor diuersus. Hæc Albertus.

¶ In cuius verbis duo videntur obscura. Primum, quòd dicit non esse diuersam visionem qua quis videt parietem, & qua videt se videre. Cum enim visus exterior, sic vis organica materialis, non est reflexiva super proprium actum. Idcirco non videtur, quod corporali visu visionem sui corporis visus seu visus potentia: nec obiectum visus, quòd est

coloratum, aut lucidum, & extendit se ad huiusmodi visionem. Ideo sicut non continetur sub obiecto visus potentia; sic nec corporali visione videtur. ¶ Secundum est, quòd dicit, non esse diuersum intellectum, seu intelligendi actum, quo quis intelligit hominem, & intelligit se intelligere, nec diuersum esse amorem, quo amat Deum, & quo amat se, amare, aut suum amorem. Dum enim intelligit quis se intelligere, reflectit se super proprium actum intellectum, in qua reflexione actus ille habet rationem obiecti: qui actus sic sumptus, alia consideratione, & intuitione attenditur, per quam considerationem tanquam per medium, vis intellectiva fertur in actum illum veluti in obiectum: nec aliter esset ibi reflexio super proprium actum. Et idem est de actu voluntatis. Ratio quoque Alberti, quod dicit, Cum dico, intelligo hominem, transit vis intellectiva, in hominem per actum intelligendi &c. hæc inquam ratio, non videtur plus obtinere, nisi quòd idem numero sit actus intelligendi, quo sum formaliter intelligens, & quo intelligo ipsum obiectum: non autem, quòd sit idem numero actus, quo intelligo obiectum, & proprium intelligendi actum per reflexionem super ipsum. Et hoc estimo verum, quanquam, & Thomas in Summa videatur sentire sicut Albertus.

Q V A E S T I O V.

¶ Vinto queritur, An beati, vna, & eadem fruiiio fruantur diuina essentia, & persona, imò, & tota super benedicta incomprehensibili erantate. ¶ Videtur quòd non. Primum, quoniam diuina, & adoranda persona per relatiuas proprietates abinuicem distinguuntur: ergo sub eadem ratione non potest quis frui eisdem, quemadmodum nec cognoscere, cum fruiiio visionem, seu cognitionem, sequatur. Secundò, quoniam actus distinguuntur per obiecta, ergo trium suppositorum non est vna fruiiio. Tertiò, quoniam bonitas, dulcedo, & veritas, quæ ponitur fruiiionis obiectum ac ratio, non eodem modo conuenit eis, sed parti a se, idest non ab alio: filio autem a patre, & spiritu sancto ab vtroque, ergo nec vna fruiiioe quis fruatur eis.

Arguitur contra veritatem.

1

2

3

¶ Ad hæc respondet Albertus: Dum queritur, an fruamur personis in eo, quòd persone sunt: dicendum, quòd si ly in eo, dicit rationem obiecti fruiiionis, non fruimur personis in eo, quòd persone sunt. Si autem dicit indifferentiam, & identitatem personæ ad obiectum fruiiionis, sic fruimur personis in eo, quòd persone sunt. Licet enim fruiiio per se sit Dei, in quantum est summè bonum, non tamen est Dei per consequens, & persona per accidens: quia in Deo non est consequens vniuersale ad particulare, sed idem: similiter in Deo non accidentale, sed idem. Ideo fruimur Deo, & personis, in quantum idem sunt cum summo bono. Itaque fruimur patre, determinatè, non quidem secundum quod ad filiũ est, sed in quantum ipse relatus ad filium, est summo bono idem per essentiam. Hæc Albertus.

Alb. respõdet.

¶ Porro Thomas respondet: Vna fruiiioe fruimur tribus personis, cuius duplex est ratio. Vna ex parte diuinæ essentia: Obiectum enim fruiiionis est, bonitas summa, qua cum sit eadem numero in tribus personis, ipsarum est vna fruiiio. Secunda ratio sumitur, ex parte proprietatum. Nam ut ait Philosophus. Qui noluit vnum relatiuorum, cognoscit, & reliquit. Et sic cum tota fruiiio originetur, ex visione, qui fruatur vno relatiuorum, in quantum huiusmodi, fruatur reliquo, Persona autem

Thomas. Vna est trium personarum fruiiio.

Aristotel. in li. de ca. regoris.